

Clarissimo viro Johanni loffelholz Murenburgensi iuris imperialis cultori et stu-
diorum humanitatis excellentissimo. Petrus danhusier. artu[m] magister felicitate

Beatus Anselmus ordinis sancti benedicti professus ornatissime vir theolog[us] per
q[ui] fuit ameni ingenij doctrina q[ui] ista utiliore ac delectabili. Ut erumq[ue] sacrarum dog-
matum memoria multum fuit: is scripta omnia antiquiora: tam curiose spectat: religi-
onei christianam cernentia aut dogmata ponderat: aut precepta rimatur. vt videre
mihi video eum diuino Hieronimo qui tamē multarū rerum peritia et eloquentia sum-
ma calluit: mirabilis quadam ingenij acrimonie: piene parem atq[ue] comparanduz. Sed
cum Hieronimi quidem monumenta rerum ac disciplinarum: que per litteras cōdidit
in proposito: frequentijs vsu feruntur. Anselmi autem opera viri sanctimonia ac ca-
stitate precipui non perinde in vulgus exēunt et doctrina subtilitasq[ue] eoz tanq[ue] parū
utilis est derelicta velut ignis abstrusus in venis silicū. Que tamē multū salis et vber-
tatis christiane religioni accommodant. Ego etsi non summo ingenio institutus ta-
men obliuionis inuriam docū viri simul et sancti egerrime ferens: cordi iam habeo il-
la qua potis sum cunq[ue] autoritate eneo opificio meis impensis imprimere: nominiq[ue]
tuo grauissimo dedicare vt a magnitudine tua sperem me si non magnam laudem bo-
nam tamen iudicij mei veniam consecuturum. sperans rem deo gratam. religioni chris-
tiane accomadām: tibi iocundam fore. Nam testor deum: non temere factū. Ea ope-
ra a tenebrarum sordibus in splendidam lectionum lucem reuocatum iri: que aut inge-
nia prompta expedita q[ue] ad salutis eterne cupidinem: utiliumq[ue] artium contemplati-
onem celeri faciliq[ue] compendio ducerent: aut homines deuotos religiososq[ue] a turpi cer-
te agrestiq[ue] rerū imperitia vindicarēt. Non enī fecit beatus anselm[us] altos nimis et ob-
scuros questionum sinus. Sed primitias quasdā et quasi libamēta ingenuaz artium
theologie sacre dedit: ea opera precelse vir tibi dedico: quem cum amicissimum mibi:
tum eximio litterarum amore flagrantem: dignissimum hoc mutuo inter nos caritatis
pignore iudicauī vt quemadmodum tue nuncupationi omnes celeberrimi achademia-
rum sectatores linguis animisq[ue] benigne fauēt: sic tuis auspicijs primitie meo studio
rum immortalitatē assequent. magna est in re militari virtus tua: maior in administrā-
do concilio iusticia: maxima in omni disciplinarum genere prudentia tua: ad te igitur
magnanime venientem suscipe libellum: et inter reliquos codices tuos quos et pluri-
mos et doctissimos in celeberrimam bibliothecam tuam vndiq[ue] collegisti. Hunc quo
q[ue] anselmum fidei christiane amplificatorem tanq[ue] illoꝝ concomitem collocato. Non
enī indignū erit inter tot sapientissimos viros quorum monumenta splendidissimo
pluteo tuo seruantur illum etiam doctorem accedere. Quamobrem deum optimū ma-
ximum omnium bonorum operum autorem suppliciter precor: vt his meis ceptis ita
aspiret: dexterq[ue] ac volens adsit: vt cum eius ope et numine opera sancti anselmi iu-
dicium commune meruerint reliqua alacriori animo persequi possim. id autem conti-
gisse intelligam cum ceteros animaduertero huiusmodi operibus delectari. Vale ex
vbe Murenbergensi. et c.